



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Symbola, & figuræ ex sacris litteris deprompta, quibus Deiparæ Conceptio
immaculata variis modis præsignificatur, numero 12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Christum Senensis tom 2. conc. 1. art. 3. cap. 3. Primogenitam Redemptoris filij sui Iesu, eam fuisse, & plus pro ea redimenda, quam pro omni creatura venisse dicit.

SYMBOLA. ET FIGURÆ EX SACRIS LITERIS DEPROMPTA, QUIBUS DEIPARA CONCEPTIO IMMACULATA VARIIS MODIS PRÆSIGNIFICATUR.

12 **H**is expeditis, ostendamus ex variis epithetis virgini attributis, vel ex locis scripturæ, quæ Virgini accommodantur, addita aliqua brevi declaratione, quæ ad hanc veritatem illustrandam plurimum lucis afferre possunt.

Virgo est Paradisus cœlestis secundum Adæ præparatus, ut dixi cap. 5. Cui Paradisus inquit Damascenus tom. 1. de Assumptio.

Damaſc. non patuit serpenti aditus, sicut patuit Paradiso terrestri. At verò patuisset serpenti aditus, si Virgo contraxisset originale peccatum; ideoque Virgo dicitur Hortus conclusus: immò etiam fons signatus, non tantum propter virginitatem, sed quia à serpente veneno suo illa infici non potuit.

Quare Sophronius serm. de Assumptio. de Virgine agens: Verò, inquit, Hortus deliciarum, in quo consistunt universa florum genera, & odoramenta virtutum, sicq; conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi ullis insidiarum fraudibus: fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis, ex quo fons vita manat, in cuius lumine omnes vidabimus lumina: & infra: Hæc est Hortus conclusus, fons signatus, ad quam nulli potuerunt aoli irumpere, nec penetravit fraus inimici, sed permansit sancta mente, & corpore, multis donorum privilegij sublimata, ita Sophronius.

S. Andr. Apost. Et, ut rectè dicebat sanctus Andreas Apostolus Egæx Proconsuli, & habetur in eius passionis descripta à Presbyteris Achaicæ: Sicut primus Adam ex terra immaculata formatus, ita & Christus ex Virgine immaculata, quod clarè habetur apud Abdiam in gestis S. Andreæ lib. 4. Sicut Adam, inquit, formatus ex terra antequam esset maledicta: ita & secundus Adam ex terra virginea nunquam maledicta.

Abdias. Secundò, Deus Genes. 3. priusquam primis parentibus poenas irrogaret, eùm malediceret serpenti dixit: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, semen tuum, & semen illius, & ipsa inimicitias conteret caput tuum, & tu insidiasaberis calcaneo eius: quo in loco voci illi (muieris) præfigitur articulus tum in hebræo idiomate, tum etiam in greco, quod in latina lingua, quæ huiusmo-

di articulus non utitur, minime fieri potuit: articulus autem, ut plenius ostendimus in lib. 1. de septem Angelis cap. 6. & ut dicunt hebraicæ linguæ pentite Canisio lib. 1. de Beata

Virgine Maria cap. 2. designat hoc loco non qualemcunq; sed certam quandam mulierem, id est, Virginem gloriosam, Dei consilio selectam ad procreandum semen illud benedictum, id est, Christum, quod uberius cap. 22. ex Cypriano & aliis probabimus. Et huius mulieris, quæ Redemptorem partura erat cognita, maximum fuit primis parentibus post peccatum in illa tantum afflictione lo amen: his autem verbis perpetuæ inimicitia inter hanc mulierem, & serpentem diabolum futura denunciantur. At si Virgo contraxisset originale, tanè eo tempore, quamvis brevissimo, non habuisset cum dæmone inimicitias, sed ei fuisset subdita, quod præ aures per horrelicunt hanc perpetuam Deiparæ cum serpente rartareo inimicitiam ostendit Thronus Salomonis eburneus, quo Deipara significatur: Eburnum enim est os elephantis perpetuam cum serpente gerentis inimicitiam ex Haignino, ut infra dicemus.

Teritiò, hæc quoque mulier benedicta caput serpentis contitura prædicatur: caput verò serpentis rectè intelligitur peccatum originale, fuit enim origo, & radix aliorum, & in unoquoque nostrum per originale diabolus non iecus, ac serpens capite immisso illi abitus per alia peccata nititur. Scio aliquos legere: ipse, id est, Christus, conteret caput tuum: sed vulgata cum Augustino, & aliis legitur: Ipsa, id est, Virgo sanctissima; verùm in idem recidit, ut cap. 22. dicemus: Ipsa enim per Christum caput tartarei diaconis obtinuit: sic ergo Virgo originale contraxisset, quo modo serpentis caput contitura diceretur? quare eleganter de hoc quidam cecinit?

Ergo Dei matrem scident contagia culpa? Hoc caput est anguis, sic teres illa caput?

Ut mentio in Iudic, quæ Holofernis ferocissimi hostis caput præcidit, & in Iahel, quæ Silaræ caput clavo transfixit, eam figuratam dicant. Et verò serpens Virginis calcaneus, id est, conceptioni, insidias moliturus dicitur, sed venenatum dentem huic calcaneo figere non valuit, quin potius caput ei conterendum præ-

nunciatur. Quod ut intelligamus, sciendum est, calcaneum iuxta Philosophos partem esse illam pedis, quam inter gradiendum naturæ ductu

Virgo perpetua habuit cum serpente inimicitias Genes. 3. quod in loco vocis illi (muieris) præfigitur articulus tum in hebræo idiomate, tum etiam in greco, quod in latina lingua, quæ huiusmo-

Ut mentio in Iudic, quæ Holofernis ferocissimi hostis caput præcidit, & in Iahel, quæ Silaræ caput clavo transfixit, eam figuratam dicant. Et verò serpens Virginis calcaneus, id est, conceptioni, insidias moliturus dicitur, sed venenatum dentem huic calcaneo figere non valuit, quin potius caput ei conterendum præ-

nunciatur. Quod ut intelligamus, sciendum est, calcaneum iuxta Philosophos partem esse illam pedis, quam inter gradiendum naturæ ductu

nunciatur. Quod ut intelligamus, sciendum est, calcaneum iuxta Philosophos partem esse illam pedis, quam inter gradiendum naturæ ductu

nunciatur. Quod ut intelligamus, sciendum est, calcaneum iuxta Philosophos partem esse illam pedis, quam inter gradiendum naturæ ductu

nunciatur. Quod ut intelligamus, sciendum est, calcaneum iuxta Philosophos partem esse illam pedis, quam inter gradiendum naturæ ductu

calceato ducta primū in terra sistimus, cum sit velut
Virginitas basis, cui ad perpendicularum totum corporis
sed frustra pondus innititur, & ideo pro initio alicuius
& quare. motus sumi potest: atque ideo in materia, de
 qua agimus, pro Virginis Conceptione, qua
 primū in orbem terrarum gressum posuit,
 seu cūm primum esse cepit, cui terpens anti-
 quis sicut & reliquis filiis Adæ per peccatum
 originale insidari nitebatur, iuxta illud Iob.
 3. *Exspectat lucem, & non videat, nec ortum sur-*
gentis Aurora, ut infra fusiū dicam; sed illam
 mordere neutiquam potuit: siquidem calcea-
 mentis diuinæ gratiæ egregiè munita, atque
 copiosè præuenta ita processit, ut ipsemet
 sponsus, qui calceamenta contulerat, quasi
 admirans tum gressus, quibus animi generosi-
 tas indicatur, tum calceamentorum venusta-
 tem, dicat in Canticis: *Quam pulchri sunt gres-*
sus tui in calceamentis filia Principis? quod de
 Deipara exponit Ambrosius de institut. Virg.
 cap. 14. Hæc autem Deipara calceamenta cœ-
 lestia fuere: nam Apoc. 22. *Mulier illa armata*
sole, quæ Deiparam significat, sub pedibus ha-
 buisse dicitur lunam, quæ calceamentorum
 vicem subbat, ac proinde calceamenta hæc
 excelsiora fuere, quam ut eo venenatis denti-
 bus terpens possit assurgere: quippè qui in sua
 maledictione Genes. 3. accepit, ut super pectus
 suum graderetur, humi reptans, & terram
 comederet cunctis diebus vitæ suæ, id est, ho-
 mines terrenis rebus inhiantes. Et sicut in be-
 nedictione Aser D. uter. 33. dicitur. *Ferrum,*
 & *as calceamentum eius,* & Ezech. 16. ad Ierusa-
 lem: *Calceas te jansimo,* seu, ut alij vertunt,
 hyacintho, quod eundem sensum facit: ita cal-
 ceamenta Virginis non minus fortia calcea-
 mentis Aser facta sunt ad noxium serpentis ca-
 put conterendum, nec minus decora & specio-
 sa calceamentis illius Ierusalem ianthinis, seu
 hyacinthinis, coloris violarum & cœlestis
 propter cœlestium rerum desiderium, quo in
 suis affectionibus per pedes significatis, iam
 tunc erat ornata, & quidem pulcherrima fue-
 runt hæc Virginis calceamenta ad rapiendum
 sponsi sui oculos, quorum typus fuere sanda-
 lia Iudith, quæ vel Holofernis insensissimi
 Iudæorum hostis oculos rapere potuerunt.
 14. Quartò, Gen. 47. uniuersa terra ægypti
 Pharaoni tributum persoluebat, excepta terra
 sacerdotali, quæ immunis ab ea conditione
 fuit: ita quamuis reliqui homines originale
 noxam contrahentes, dæmoni quodammodo

tributum pendant, excipitur Virgo sanctissima
 veluti terra peculiaris summi Sacerdotis Chri-
 sti, quæ immunis ab omni tributo fuit propter
 sacerdotem Christum ex ea gignendum.

Quintò, huius Virginis typus fuit Arca foe-
 deris Exod. 25. ut dixi cap. 3, quæ erat ex li-
 gnis setim impubribilibus, ideo nulla unquam
 carie, vel putredine peccati etiam originalis
 affecta fuit.

Sextò, eiusdem Virginis typus fuit mensa
 panum propositionis, ut cap. 5. dicebamus
 ex lignis pariter setim impubribilibus conste-
 cta, auro purissimo vestita Exod. 25. quam
 Dominus Leuit. 24. vocat mensam purissimam
 super quam reponendi erant panes propositionis, &
 super panes thui lucidissimum, quia Virgo, in cu-
 ius utero fuit Christus panis vitæ, qui etiam est
 thus propter diuinitatem, mensa fuit non tan-
 tum pura, sed purissima, ab omni scilicet im-
 puritate quam remotissima, iuxta illud Ansel.
 m de Concept. Virg. cap. 18. *Decens erat, ut*
Virgo ea puritate niteret, qua maior sub Deo ne-
quit intelligi: quod explicans S. Thom. in 1 sent. 8. Thom.
dist. 44. quæst. un. art. 3. ad 3. expressè dicit, in 3 sent.
Virginem etiam ab originali peccato puram
fuisse, verba D. Thomæ hæc sunt: Puritas, in
quit, intenditur per recessum à contrario, & ideo
potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius catolice
esse potest in rebus creatis, si nulla contagione pec-
cati inquinatum sit, & talis fuit puritas B. Vir-
ginis, qua peccato originali & actuali immunis
fuit, fuit autem sub Deo in quantum erat in ea po-
sentia ad peccandum, hæc S. Thom. qui etiam
in opusc. 8. dicit: Excessisse Angelos quantum
ad puritatem, quia non solum erat pura in se, ve-
ram etiam alijs puritatem procurauit, fuit etiam
pura quo ad culpam, & quantum ad triplicem
pœnam mulierum, ita D. Thomas. At si contra-
xisset originale, in hoc esset Angelis inferior.

Exod. 25.
Virgo est
Arca fo-
deris ex li-

gnis setim.
Est mensa
panū pro-
positionis
purissima.

Cap. 5.
Exod. 25.
Leuit. 24.

Anselmus
m de Concept.
Virg. cap. 18.

Decens erat, ut
Virgo ea puritate niteret, qua maior sub Deo ne-
quit intelligi: quod explicans S. Thom. in 1 sent. 8. Thom.
dist. 44. quæst. un. art. 3. ad 3. expressè dicit, in 3 sent.

Virginem etiam ab originali peccato puram
fuisse, verba D. Thomæ hæc sunt: Puritas, in
quit, intenditur per recessum à contrario, & ideo
potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius catolice

esse potest in rebus creatis, si nulla contagione pec-
cati inquinatum sit, & talis fuit puritas B. Vir-
ginis, qua peccato originali & actuali immunis

fuit, fuit autem sub Deo in quantum erat in ea po-
sentia ad peccandum, hæc S. Thom. qui etiam
in opusc. 8. dicit: Excessisse Angelos quantum

ad puritatem, quia non solum erat pura in se, ve-
ram etiam alijs puritatem procurauit, fuit etiam
pura quo ad culpam, & quantum ad triplicem

pœnam mulierum, ita D. Thomas. At si contra-
xisset originale, in hoc esset Angelis inferior.

Septimò, Templum Salomonis fuit Vir-
ginis figurâ amplissima, ut cap. 5. diximus
quod tamen, ut habetur 3 Reg. 6. delapidi-
bus dolatis, atque perfectis ædificatum est, &
malleus, & securis, & omne ferramentum non
sunt audita in eo, cūm ædificaretur, quia Ici-
3 Reg 6.
licet in Virgine nulla aupertas peccati dola-
da, vel læuiganda fuit: non sic in alijs, etiam in
utero sanctificatis, qui verè dicere poterat: Ec-
Psalm. 50.
ce in iniquitatibus concepti sumus, & propterea
opus istis fuit à peccato purgari. Verūm de
fundamenti templi Salom. pretiosis Virginis
Cōceptioni a pratis, sup. c. 4. copiosè egimus.

Est tem-
plum Sa-
lomonis de
lapidibus
dolatis.

3 Reg 6.
licet in Virgine nulla aupertas peccati dola-
da, vel læuiganda fuit: non sic in alijs, etiam in

utero sanctificatis, qui verè dicere poterat: Ec-
Psalm. 50.
ce in iniquitatibus concepti sumus, & propterea
opus istis fuit à peccato purgari. Verūm de
fundamenti templi Salom. pretiosis Virginis
Cōceptioni a pratis, sup. c. 4. copiosè egimus.



Esther 15. 16. *Octaua, Esther 15. Affuerus ipsi Esther*
Quae figuram Virginis gessit in multis, ut se-
pe in hoc opere ostendimus) dixit: Non mo-
rietur, non enim pro te, sed pro omnibus lex hac
constituta est; Accedat igitur, & tange sceptrum;
& festinus exilius de solo sustentans eam vltis
suis. Haec à Deo Virgini dicta pie cogitare pos-
sumus, lex enim originalis peccati pro alijs
fuit, & non pro ipsa, quam videns casuram in
illud, nisi iuaretur, festinus ecurrit gratia
sua, sustentans eam ne caderet, sceptrumque
tangendum porrexit, quia ex vi crucis, & pas-
sionis Christi præserrata est. Ideo Bonauen-
tura in 3. sent. dist. 3. art. 2. quæst. 2. citat sen-
tentiam quorundam dicentium, alios post ca-
sus erectos, Virginem verò quasi in ipso casu
sustentatâ ne caderet; & propterea rectè Psa-
l. 45. Fluminis impetus laetificat civitatem Dei,
sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Deus
in medio eius non commouebitur. cuius ratione
statim subiicit Dauid: Adiuuabit eam Deus
manu diluculo; mane quidem adiuuus fuit S.
Ioannes Baptista, & Ieremias in vtero sancti-
ficati: sed Virgo sanctissima mane, & diluculo,
in ipsa scilicet Conceptione, quam impetu
fluminis diuinæ gratiæ laetificauit, & infra
eodem Psa. 45. Posuit prodigia super terram,
auferens bella usque ad finem terra, quia ex Ri-
chardo Victorino lib. 2. de Emmanuele cap. 29.
In Virgine nullum fuit internum bellum, sed
summa pax. Item Deus arcum dæmonis con-
triuuit, confregit arma, & scuta combussit igni,
ne Virgini inquam nocere possent.

Iob. 3. 17. *Non d. Iob. 3. Expectet lucem, & non videat,*
nec ortum surgentis Auroræ, quod de nocte pec-
cati originalis intelligit S. Thom. 3. part. quæst.
28. art. 2. ad 2. cum Bonauentura in speculo B.
Virg. ca. 9. & sic explicat: Expectet, inquit, lucem,
id est, Christum, & non videat, nec ortum surgen-
tis Auroræ, id est, Virginis, qua in suo ortu, seu na-
tuitate à peccato originali fuit immunis. Sed a-
liorum iudicio illa vox (Oritus) in hoc propo-
sito magis congruit ipsi conceptioni, qua verè
Deipara cæpit esse, & dicitur ortus in vtero iux-
ta Bonauenturam in 3. dist. art. 1. q. 3. ad diffe-
rentiam natiuitatis ex vtero, sicut etiam Mat.
2. de Christo adhuc in vtero Virginis: Quod a-
nim in ea natum est; &c. Alioquin si sola Virgi-
nis natiuitas fuisset sine peccato, nihil pecu-
liare de Virgine dictum esset, cum S. Thom. 3.
part. quæst. 27. art. 6. concedat, Sanctos Ioan-
nem Baptistam, & Ieremiam in vtero sancti-
ficatos, atq; adeo sine peccato natos: mirum

autem esse non debet, dæmonem Virginis Cõ-

ceptionem expectasse inam & Christum omnis

sanctitatis fontem, vt in citata auctoritate ex-

plicat S. Thomas, expectare non est veritas:

Haec enim fiducia Iob. 40. quod Iordanis flu-

uius ita sanctus, instans in os eius, & Apocal. 12.

Stabat draco ante mulierem sole amictam, qua o-

ras paritura, vt cum peperisset doueraret filium

eius: sed frustra expectauit, siquidem contritum

est caput eius ab hac muliere Et certe de mu-

liere fuit, quæ Virginem significabat, dicitur

Prou. 31. Non extinguatur in nocte lucerna eius:

quia quando alij tenebras patiuntur culpæ o-

riginalis, ipsa nunquam fuit extincta, & erat

nubes diei, Psa. 77. id est, tota lucida, de Virgi-

ne enim illud explicat Hieronymus in illum

Psal. 77, & propterea à Cyrillo homil. 6. in Ne-

ftorium dicitur, lampas inextinguibilis, quod

sepe diuina gratia, & charitate fuerit accesa.

His adde dæmones vehementer exhorrescere

hanc myticam Auroram, hoc est, Deiparam,

non secus, ac nocturni aduiterij, qui suis secle-

ribus noctis tenebras præterdunt, & eius quæ

corporeis oculis intuemur, Auroræ lucem re-

formidant, atque odio prosequuntur, ea enim

appetente, atq; aduentante, ne in suis malefi-

cijis deprehendantur, quàm occisimè diffugiunt,

festèq; proripiunt, quod de illis egregiè cecinit

S. Iob. cap. 24. Si subito apparuerit Aurora, arbi-

trantur umbrâ mortis: quæ verba B. Virg. Au-

roræ quam simillimæ, & dæmonibus, qui eius

lucè totis viribus excreantur, ac fugiunt, elegan-

ter accommodat S. Bonauentura in speculo B.

9. Quod si dæmones huius sacratissimæ Au-

roræ lucem tantopere pertimescunt; qui fieri

potuit, vt eius potestate potestatem aliquan-

do acceperint? At acceperint vique eamq;

sub suam ditionem profectò pertraxissent, ne-

dum in Deiparam aspirassent, si originali la-

be, vel momento temporis aspersa, imbutaq;

fuisset, cui quidem rei, quemadmodum dice-

bamus, re-lamat illud eiusdem Iob vaticiniû

cap. 3. Expectet lucem, & non videat, nec ortum

surgentis Auroræ.

18. Decimo, Prouerb. 9. Sapientia inquit, ad-

ficauit sibi domum, excidit columnas septem. hæc

domus est Virgo (vt cap. 5. diximus) quam

peculiari ratione sapientia Dei sibi edificauit

columnis septem sustentat, septè scilicet do-

nis Spiritus sancti, vt ait Petrus Damianus, &

ratio est, quia hæc domus à Sapientia Sibi id

est, in proprium usum edificata est, & prop-

ter hæc dona Spiritus sancti in quibus tanquam si missis columnis fundata erat, longè ab ea facta omnis originalis culpa. Hæc præterea Domus Isaie 2. dicitur esse in monte, scilicet virtutum celsitudine; *Venite*, inquit, *et ascendamus ad montem Domini, et ad Domum sanctum sanctorum est*, quia beatissimæ Virginis, quæ est Domus Dei in montis summitate, finis seu terminus à parte ante, vt Scholastici loquuntur, qui est Conceptio, & finis à parte post, nimirum felicissima eius dormitio, & in circuitu, id est, tota eius vita, & actiones, sanctum sanctorum, id est, sanctissima, & purissima: fuere, hæc porro sanctitas à Christo provenit, nam Sapientia est, quæ ædificavit sibi hanc Domum, & excidit columnas septem.

Gen. 28. Et Patriarcha Iacob Genes. 28. evigilans è somno, in quo seclatam illam à terra in cœlum vsque protensam viderat, quæ Deiparam adumbrabat, vt cap. 16. dicemus, rectè de loco hoc pronunciauit: *Non est hic aliud nisi Domus Dei, et Porta Cœli*: At si Virgo beatissima originali labe fuisset, vel ad brevissimum temporis spatium inquinata, verè aliquando fuisset Domus dæmonis, ac proinde fuisset aliquando aliud, quàm Domus Dei, cuius contrarium Iacob illis verbis significasse videtur. Deiparâ verò peculiari ratione Domum Dei dici cap. 1. ostendimus.

Et quod rem nostram propriis attingit, subiicit Iacob: *Non esse ibi aliud, quàm Portam cœli*; Porta autem, qua in hunc mundum omnes ingredimur, Conceptio est: Deipara verò, quemadmodum cap. 3. diximus, propter insignem sanctitatem, & cœlestes, quibus fulgebatur, prærogatiuas, cœlum merito appellatur, vt intelligamus ergo non modò vitam eius reliquam exiisse cœlestem, sed Conceptionem quoque à labe peccati, ac tenebris quàm remotissimâ, omniq; gratiæ splendore conspicuâ; non dubitanter affirmatur eius Conceptio nihil aliud esse, quàm Porta Cœli. At si Deipara originale peccatum contraxisset, quamvis postea per gratiam expiata esset conceptio eius, tantum abest, vt Porta Cœli vniquam tempore appellari posset, vt etiam Porta Inferni merito appellanda esset, quò originale peccatum pondere suo ferretur; quò è, nisi Christi gratia eluatur, animam eo infestam pertrahit. Cæterum Deiparam Portam Cœli iure optimo appellari in cap. 16. ex sanctorum Pa-

trum restitutionis perspicuum fiet.
 19. Undecimò, in Canticis præter ea, quæ huc usque attingimus, pleraque sunt, quæ Virginis Conceptioni immaculatæ accommodari possunt; cuiusmodi est illud Cantic. 2. *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter spinas*, scilicet enim Virgo omni spina originalis reatu caruit; & ut ait Petrus Damianus lect. 3. *nata de Natiuit. Virg. De spinosa progenie Iudaorum* *nata candescbat munditia virginea castitatis in corpore, flammescibat autem ardore gemina charitatis in mente, fragraba et passim odore boni operis, tendebat ad sublimia inuentione continui cordis*. Spinæ enim, inter quas liliū esse dicitur, & ex quibus rosa originem ducit, Deiparæ prosapiam Patres interpretantur, ex qua ipsa nihil asperum, nihil horridum contraxit; sed tota foavis, atque amœna, non secus, ac liliū & rosa extitit: quare Sedulius lib. 2. de Virgine sanctissima sic cecinit:

*Et velut in spinis mollis rosa surgit acuis,
 Nil quod laici habent, matremq; obscurat honore.*

*Sic Eva de stirpe sacra veniente MARIA,
 Virginit antiqua facinus nova Virgo piavit,
 Sic spina rosam, genuit Iudæa MARIAM;
 Et Adâ de S. Victore Deiparam sic affatur:*

*Salve verbi sacra parens,
 Flos de spina, spina carens,
 Flos spinæ Gloria.*

*Nos spinatum, nos peccati,
 Spina sumus cruentati,
 Sed tu spina nescia.*

Quin etiam cum rosa ante peccatū ex Basil. hom. 3. hexameron, & Ambr. 1. hexamerò, c. 11. spinis careret, postea ex spinis nascens asperitatem tamen nullam habet. verba Ambr. sunt: *Surrexerat ante floribus immixta teneris, sine spinis rosa et pulcherrimus flos sine ulla fraude vernabat postea spina floris gratiam sepsit* ita ille. Quod in Deiparam optimè quadrat, quæ post originale peccatum ex humani generis spinis asperitatem nullam contraxit.

Nec reticendum illud quod ii, qui plantarum naturam investigant, de vi, atq; efficacia lili, qua aduersus serpentes, eorumque venena pollet, literis prodiderunt; cum ad illustrandum hunc typum, quo Deiparæ conceptio, immaculatâ per liliū adumbrari diximus, maxime faciat Plin. 1. 21. c. 19. *Radices, inquit, liliis multis modis florum suum nobilitat, vt rursus contra serpentium ictus ex vino, et contra fungo-*

Cant. 2. Est liliū inter spinas, sic amica mea inter spinas
inter spiritus caruit; &
Pet. Dam. nata candescbat munditia virginea castitatis in corpore, flammescibat autem ardore gemina charitatis in mente, fragraba et passim odore boni operis, tendebat ad sublimia inuentione continui cordis
Sedulius

Adam de S. Victore.

Basilius, Ambrosius

Plinius

et contra fungo-

Dioscorid. *serpentes venena. hæc ille.* Dioscorides vero libro 3. cap. 90. ubi agit de lilio: *Folia, inquit, herba illa serpentum moribus subueniunt, eadem cocta in aqua ignis adustionibus, & cum aceto condita vulneribus.* quod ipsum de lilio confirmat Petrus Andreas Matthiolus lib. de Plantis cap. de lilio pag. 570. additque semen lilij potum aduersari ijdem serpentium moribus. & Guglielmus Rouilius in historia generali plantarum lib. 15. pag. 1496 hæc eadem refert, quæ Plinius & Dioscorides. Idem quoque Dioscorides lib. 1. cap. 1. de alia lilij specie, quæ latine iris; Italice verò, lilium celeste appellatur, radicem eius cum aceto potam venenatorum animalium moribus mendedocet: & Petrus Matthiolus in commentis addit eandem radicem in puluerem contusam cum aceto potam uniuersaliter aduersus omnia venena conferre.

Lilium
vim ha-
betur con-
tra venenata ani-
malia.
Quod filium, & præsertim eius radix tantam contra venenata animalia vim habet; qui sciet poterit, ut serpentes seuum dentem lilio insigant, eique virus suum infundant? paritque ratione cum Virgo Deipara Cantic. 2. lilio inter spinas comparetur, quemadmodum Petrus Damianus loco citato, & Epinrem sermone de laudibus Virginis tradiderit. (quippe quæ filium ignendo uniuersis venenis antidotum protulit præsentissimum) quis originali veneno à serpente primum infuso, & per Adam in posteros transfuso, eam aliquando infectam dicere audebit? simili quodam modo ratiocinatione, qua Matth. 5. Dominus vitur: *Si sal, inquit, euauerit, in quo salitur, id est, ex Augustino libro 1. de sermone Domini in monte cap. 6. Si vos, per quos condendi sunt quodammodo populi, miseritis Regna cælorum, qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur?* Adde quia si Virgo est lilium, Radix huius lilij (cui nominatum antidotum contra serpentes inesse traditur) eiusdem respondet conceptioni, quæ totius vitæ veluti radix est, & principium. Ex quo facile colligimus ipsam, quæ delecta erat ad gignendum eum, qui demonum venena curaturus aduenerat, omnis veneni singulari Dei privilegio in Conceptione expertem fuisse, id quod in lilij typo non obsecuro expressum videtur: ideoque inter sacratissima mysteria vitæ Deiparæ (cuius precibus, & meritis nos ad regna cælorum à Deo perducere solemni oratione precatur Ecclesia) Conceptio eius ab ea-

Offic. Eccl. dem Ecclesia populo Christiano celebranda proponitur: fideles enim ad Deiparæ opem confugientes, per hanc Conceptionem, tanquam per mysticam lilij radicem, à veneno peccati contagione liberam contra tartarei serpentis ictus, ac tentamenta remedium à Deo sibi impetrandum existimant. Nec illud significatione vacat; Radicem hanc lilij ex vino, ut dicebat Plinius, venenatis moribus auxiliari: vinum enim in sacris literis plerumque Christi sanguinem significat in torculari crucis ex corpore Christi, qui est vitis vera; expressum, in quo omnis Sanctorum intercessio nititur. Nam ex sacro Concilio Tridentino sess. 25. c. de sanctorum inuocatione ad sanctorum orationes, operumque confugium ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Salvator est; quem, inquit Apostolus ad Rom. 3. *Proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Hinc est, quod Ecclesia ab ipso Christo Ioan. 14. c. doctæ; collectas omnes, quibus per Deiparæ, vel sanctorum intercessionem Dei misericordiam implorat, concludit clausula illa nobis suauissima, & apud Patrem efficacissima, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium suum.*

dem Ecclesia populo Christiano celebranda proponitur: fideles enim ad Deiparæ opem confugientes, per hanc Conceptionem, tanquam per mysticam lilij radicem, à veneno peccati contagione liberam contra tartarei serpentis ictus, ac tentamenta remedium à Deo sibi impetrandum existimant. Nec illud significatione vacat; Radicem hanc lilij ex vino, ut dicebat Plinius, venenatis moribus auxiliari: vinum enim in sacris literis plerumque Christi sanguinem significat in torculari crucis ex corpore Christi, qui est vitis vera; expressum, in quo omnis Sanctorum intercessio nititur. Nam ex sacro Concilio Tridentino sess. 25. c. de sanctorum inuocatione ad sanctorum orationes, operumque confugium ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Salvator est; quem, inquit Apostolus ad Rom. 3. *Proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Hinc est, quod Ecclesia ab ipso Christo Ioan. 14. c. doctæ; collectas omnes, quibus per Deiparæ, vel sanctorum intercessionem Dei misericordiam implorat, concludit clausula illa nobis suauissima, & apud Patrem efficacissima, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium suum.*

Ad hæc eius conceptio ab Ecclesia uniuerso mundo gaudium annunciasse canitur quoniam ex ea ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster; eiusdem quoque Conceptionis votius solemnitas pacis incrementum, ut tribuat ab ipso Deo per Iesum Christum suppliciter flagitamus: quale porro gaudium hæc Conceptio nobis annunciasse potuisset, si Deipara in mœiore, & tenebris peccati originalis à diuinæ gratiæ luce aliena fuisset concepta? cum quilibet originali labe inquinatus, quando meritis Christi non iustificatur, illud Tob. spiritualiter vitare possit: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non vido?* similiter quale pacis incrementum per Conceptionem eius sperare possemus, si in ipsa Conceptione Deipara contra Deum inimicitias, & bellum (quæ in peccato originali necessario inuoluuntur) gessisset? Maneat igitur huius sacratissimi lilij radice, qua Deiparæ Conceptio significatur, omni veneno caruisse, & inuocatum venenatis moribus per Christum potenter auxiliari. Huius autem gaudij, quo in Virginis Conceptione mundus est perfusus, meminit Dauid Psal. 47. Agens enim Deipara,

